

## VARAŽDINSKI ARHIĐAKONAT 1638. GODINE

(Prigodom 350. obljetnice prvog sačuvanog zapisnika kanonskih vizitacija  
Varaždinskog arhiđakonata)

Metod HRG, Zagreb

## KANONSKA VIZITACIJA VARAŽDINSKOG ARHIĐAKONATA 1638.

### 1. Uvodne napomene

Zagrebačka biskupija bila je podijeljena na 14 arhiđakonata,<sup>1</sup> tako da je od 30 (poslije 28) kanonika njih 10 vršilo službu arhiđakona u jednom od arhiđakonata, a dvojica su imala po dva arhiđakonata: veliki prepošt Kaptola imao je Gorski i Zagorski arhiđakonat, i još jedan od kanonika, a mali prepošt imao je Svetački i Gušćanski arhiđakonat. U 18. stoljeću biskup Ivan Paxy<sup>2</sup> razdijelio je 20. ožujka 1771. Zagrebački arhiđakonat na dva dijela.<sup>3</sup> Župe Zagrebačkog arhiđakonata na desnoj obali Save odijeljene su kao novi Turopoljski arhiđakonat, a župe na lijevoj obali Save oko Medvednice ostale i dalje pod imenom Zagrebačkog ili Katedralnog arhiđakonata.

Zadaća je arhiđakona da po nalogu i u ime biskupa nadzire kakvo je vjersko stanje na području njegova arhiđakonata:<sup>4</sup> u kakvom su stanju vjerski objekti, crkve, kapele, župni stanovi, ekonomija (ukratko), da li se župnik i drugi svećenici – ako ih ima – drže crkvenih propisa u radu, ima li sve potrebno za bogoslužje,

<sup>1</sup>*Zbornik zagrebačke nadbiskupije 1944; J. BUTURAC, Popis župa zagrebačke biskupije od god. 1334, str. 413. – Drugo popunjeno izdanje Starine br. 59, str. 43–108.*

<sup>2</sup>*Ivan Paxy (20. III – 20. XII 1771). BUTURAC, nav. dj. str. 60; Bartol ZMAJIĆ, Grbovi zagrebačkih biskupa i nadbiskupa, Zbornik, str. 487.*

<sup>3</sup>*Zbornik, str. 60.*

<sup>4</sup>*O dužnosti i službi arhiđakona v. TKALČIĆ, *Monumenta Episcopatus Zagrabiensis*, II, str. 85–87. "... debet inquirere de omnibus et singulis, que contra Dei precepta et statuta canonum fiunt in suo archidiaconatu sive per clericos, sive per laycos vel quoscumque alias et emendare pro posse in melius quidquid potest, illa vero, que non potest, suo episcopo nunciare et referre seriose obligatur, nec redat se minus obligatum ad talis, quam sacerdotes ad ea, que sunt dicta" (str. 87).*

ima li orguljaša, zvonara i sl. Zato arhiđakon po odredbi Tridentskog sabora obilazi župe svog arhiđakonata, po mogućnosti svake godine. Iz raznih razloga to se često nije moglo provesti, pa je onda išao na kanonski pohod ili vizitaciju kada je mogao, a mogao je ako je spriječen, npr. biskup u bolesti, poslati u zamjenu i nekog drugog kanonika. O tom svojem pohodu ili vizitaciji arhiđakon sastavlja izvještaj biskupu i, ako što treba popravljati, iznosi svoje mišljenje i prijedloge.

U ovom prikazu ograničit ćemo se na podatke o Varaždinskom arhiđakonatu prema tekstu vizitacije iz 1638, kad u njemu još nije bilo drugih župa osim onih 12 koje se navode u samom zapisniku. Vidjet ćemo da neke kapele, pa ni one koje su kasnije postale župnim crkvama, još nisu postojale (npr. u Ljubeščici), neke su bile u gradnji (kao Svibovec kod Varaždinskih Toplica), a neke su kapele kasnije propale (Sv. Ivan Krstitelj u Ivancu).

Nećemo se upuštati u razvitak župa ni u kasnije pregradnje crkava i kapela. Želimo samo upozoriti na neke važnije pojedinosti da se može usporediti kolike su razlike današnjeg stanja crkava i kapela prema onome *prije 350 godina* na teritoriju Varaždinskog arhiđakonata. Ovo što smo iznijeli, uz sam tekst zapisnika vizitacije, dostajat će za uspoređivanje.

Najprije donosimo na latinskom jeziku *originalni tekst zapisnika kanonske vizitacije iz 1638. iz Protokola br. 4/IV, str. 182. i slij., iz serije Kanonske vizitacije/Različne, iz Nadbiskupskog arhiva u Zagrebu.* Zatim na hrvatskom jeziku dajemo pregled stanja i namještaja crkava i kapela. Ne ulazimo u sve pojedinosti, napose ne nabrajamo sve potrepštine za vršenje bogoslužja (kaleže, misna odijela i sl.), župnike, posjede, itd., jer nam nije bila glavna svrha baš sve iznositi, nego dajemo samo glavne karakteristične podatke.

Na kraju donosimo kratak RJEČNIK manje poznatih riječi s kojima se susrećemo u tekstu, a katkad ih je dosta teško pronaći s pravim značenjem u rječnicima.

## 2. Varaždinski arhiđakonat. Kanonska vizitacija 1638.

ANNO DOMINI 1638. IN FESTO S. THOMAE DE AQUINO AD MANDATUM REUERENDISSIMI DOMINI BENEDICTI VINKOUICH, EPISCOPI ZAGRABIENSIS ETC. COEPI VISITATIONEM PERAGERE

### KRISOULIANA

*Ecclesiam Sanctae Crucis in Krisouiana fundatam, consecratam, 6. Martii uisitavi, quam reperi bene sartam, bene tectam. Haec ecclesia habet fornicem per totum, ianuas 2 fortes, pauimentum ex medietate lateribus stratam, item cathedram lapideam cum mappa, lebeten unum seu ollam aenam, in qua aqua asseruatur baptismalis tecta sed non obserata. In medio ecclesiae Crucifixum cum velo lineo; candelabra magna obuoluta caereis 4, candelabra aenea 2, lignea minora 4; uexillum militare 1; imagines inuolutas in tabulis ligneis 4, fenestras 4 uitreas, in una tantum cancelli ferrei; chorum ligneum, tympanum militare, umbellam coloratam pro festo Corporis Christi; crucem 1 nigram, lebetem item unum pro aqua benedicta. Altaria 3 consecrata cum mensis integris, mantilibus et stropholis sat decenter. Item cruces cum vexillis laneis 6; in campanili ligneo campanam consecratam; coe-*

meterium septum, in quo porticus lignea magna et intus altare non consecratum. *Pro Venerabili Eucharistia locus est ad parietem mundus*, asseruatur in ciborio argento inaurato, substrata strophiolis et corporali mundo, ianuam habet cancellatam ferream, uerumtamen non est obserata, circa ianuam est antipendium dependens ex tela colorata. In ecclesia *sacrarium<sup>5</sup>* habetur cum ianua mediocri et sera clauditur, intus mensa lignea, mappa tecta, fenestra una cum retiaculo ferreo; scatulae duae (2), pro asseruandis strophiolis armarium unum; ferrum pro pinsendis hostiis; pulsatur ad salutationem Angelicam. *Confessionale non habetur; altaria 2 noua, chorus nouus* cum tabulato, candelabra 2 noua obuoluta candelis.

### De sacra supellectile

Sacra supellex est in statu mediocri: casulae bonae sunt 7, quaedam sericeae, quaedam holosericeae, cum attinentiis, corporalia 3, purificatoria 4, vela calicum pulchras (!) nouem, mappae 10, mantilia 32, substratorium 1 syndoneum acupictum, strophiola diuersa 12, pallae 3, tintinabula 4, ampullae staneae 3; *Missale Zagabiense* cum pulpito cooperto, agenda Romana, calices 2 argentei inaurati consecrati cum patena; crux 1 argentea inaurata, crucifixus ligneus; monstrantia una argentea perpolita, in summitate deaurata, portatile unum, ciborium viaticum argenteum inauratum cum bursa viridi, holosericea, ciborium maius argenteum inauratum in qua manet Eucharistia; pixis stanea pro sacris liquoribus, uela 2, unum rubrum et alter flauum sericeum.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia haec habet *uineam* 1 ad fossores 50, *nemus* etiam *paliferum*; *domus parochialis* est decens et honesta iam restaurata per reuerendum dominum Belanchich, parochum dictae ecclesiae, stramine tecta cum cellario, horto et domo inferiori pro familia necnon hortis duobus. Parochus colonos habet 7, quorum singuli in hebdomada laboratores 4 praestant; aratra duo, *ferile nullum*, terrarum jugera 14, saponum metretas fere 70 habet.

### De parocho

*Parochus* huius ecclesiae est honorabilis dominus *Nicolaus Belanchich*, alumnus olim venerabilis Capituli, caelibem vitam dicit, res ecclesiasticas in bono et condecenti statu tenet, in concionibus et missis diligentissimus, neque contra illum ulla auditur quaerela, in sacramentis itidem diligens. Romano Breuiario atque aliis caeremoniis utitur. Solet facere denuntiationes.

### De parochianis

Parochia haec est catholica, de anno in annum confitentur et diebus festis Sacra audiunt. Non sunt inter illos publici aliqui malefactores et notorii aut concubinarii, praeter unam quae invalide dicitur matrimonium contraxisse ob prioris mariti in Germaniam profugi.

<sup>5</sup>Sacrarium ponajčešće dolazi u značenju: *sakristija*.

## De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt Ztanko Poszavec, secundus obiit, in cuius locum alter a parocho creabitur. Dictus aeditus in faciendo altari porticu extuendo, caemiterii sepiendo assiduus memoretur esse. Vini habet vas 7, urnarum centum continentis, pecuniae vero 33 Renienses in paratis, reliquam pecuniam in fabricam ecclesiae exposuit.

## Cappella B. VIRGINIS<sup>6</sup>

Haec capella est filialis superioris ecclesiae bene sarta est et tecta cum *campanili ligneo* et campana consecrata. Habet *pauimentum* stratum lateribus, *chorum nouum ligneum*, *tabulatum nouum pictum*, *altaria 2 noua et consecrata*, cum mensis integris, *ianuam* fortem, *fenestras 3 uitreas* et cancellatas, candelabrum unum aereum, alterum antiquum ligneum et duo noua candelabra obuoluta candelis caereis, item linea longa caeris obuoluta 5. *Cathedram* uilem, *foris porticum ligneum cum altari lapideo*. Habet item *sacrarium*<sup>7</sup> cum altari non consecratum, *ianua* uili, fornice et *pauimento* lateribus strato. Est item in ecclesia cista 1 pro rebus conseruandis ecclesiae. *Caemeterium* huius ecclesiae est septum cum ianuis.

## De sacra supellectile

*Missale Zagabiense* cum pulpito. Calices habet 2 argenteos inauratos, casulas 3, albas 2 cum attinentiis, 3-tia antiqua et lacera, antependium 1 bonum, 2 uilia, item uela calicum 6, mantilia 33, strophiola noua 2, item mappa quaedam colorata, patena 1 argentea consecrata, mappae 10, substratorium 1 sericeum, 2 turcica, uelum turicum 1 longum, crux cum uexillo laneo 1, uelum urticeum 1, *cathedra noua lapidea*.

## De aedituis

Aeditus huius capellae idem, qui dictae ecclesiae parochialis Crisoulianie. Capella haec habet terrae jugera 3. (*Dalje slijedi prekriženo*: quae parochus eum in finem, ut in ecclesiasticis seruitiis expensas faciat. Haec capella habet uini 8 uasa urnarum centum viginti, quod vinum per dictum aedituum conquisitum est labore et sudore, item Germanicos florenos 6.)

## Capella S. LAURENTII<sup>8</sup>

Haec capella filialis est ecclesiae S. Crucis bene sarta et lateribus, partim asseribus, tecta, *turris* similiter in qua sunt 2 campanae, maior tantum consecrata. In

<sup>6</sup> U Radovcu, nedaleko od Križovljana; danas je nema. – O crkvi u Križovljalu, pod nazivom *Radovečki Križovljan* dosta raspravlja Andela HORVAT, *Između gotike i baroka*, Zagreb, 1975, str. 110, 112–113, 136, 141, 148, 289 i 433. Kapelu u Radovcu ne spominje, vjerojatno zato što ne postoji sada. No na osnovi kanonske vizitacije 1638. i kasnijih godina, mogla je biti bar spomenuta.

<sup>7</sup> Usp. bilj. br. 5. Tako i dalje kad se spominje *sacrarium*!

<sup>8</sup> U naseljima u vinogradima, danas pod nazivom Veliki Lovrečan.

ipsa capella *altare* non consecratum, cum mensa integra et tabula noua ornata antipendiis et quibusdam mappis. Huius capellae *ianua* est fortis et bona, *coemiterium* bene septum *in quo atrium cum altari* non consecratum; fenestras habet uitreas 3 et cancellatas, paumentum cemento stratum; *tabulatum ligneum nouum*, *sacrarium uero nullum*; in ecclesia item sunt candelabra lignea 5, crux lignea 1, item candelabra longa caeris obuoluta 2, ladulae 2 conseruatoriae lignae, una tantum obserata, tintinabulum 1, crucis cum vexillis laneis coloratis duae, cathedra cum conopaeo. Pulsatur in hac capella ad Aue Maria.

#### De sacra supellectile

*Missale mediocre Zagrabicense* unum, calix aereus cum patena aliquantulum inauratus, consecratus, corporalia uilia 2, palla una, purificatorium 1, uelum calicis 1, ampullae staneeae 2, substratorium pictum 1, mappae 6, manutergia rustica 12, casulae 2 cum attinentiis, crucifixus 1.

#### De prouentibus

Haec capella habet 1 juger terrae, fenile ad falcatores 3, uineam 1, quae negligenter excolitur.

### PETRIANCZ

Ecclesiam s. Petri in Petriancz dominica "Oculi" uisitauit, quam reperi bene sartam et tectam, habentem *ianuas bonas* 2. Eius *coemeterium* est muro circumdatum, *in quo porticus lapidea* sat pulchra ante fores ecclesiae; *turris aliquantulum eminens lapidea*, in ipsa una campanula consecrata, item in dicta ecclesia *sanctuarium* habet *fornicem depictum imaginibus*, *parietes etiam ab intra depicti*, in corpore *tabulatum pictum*, *chorus ligneus bonus sub turri et ad latus*. In ecclesia *altaria* 3 cum mensis integris; *maius* habet *tabulam* protensam, et *ad latus sinistrum absque tabula*, licet mensa consecrata, ad *dextrum uero neque tabula*, neque etiam mensa consecrata, quae mensae omnes ornatae mappis, stropholis et imaginibus. *Cathedra* lignea noua et *pauimentum* stratum lateribus; aqua lustralis in olla aenea, item lebes aeneus cum tecto mundus pro conseruanda aqua baptismali; *crucifixus in medio* cum uelo lineo, *fenestrae* 2 *uitreae cum cratibus ferreis*, *aliae* 5 *non occlusae*. *In altari ligneum tabernaculum uile*, candelabra in funiculis dependentia 5 lignea, 2 candelabra aenea, 2 lignea. Canon missae et 2 imagines paruulae in tabulis lignis; locus pro conseruanda venerabili Eucharistia est bonus cum ianua cancellata; in hac ecclesia pulsatur ad Aue Maria. *Confessionale* non habetur. In domo parochiali pro inventario licet fuerit una mensa et 1 lectus, nihil tamen dictus parochus reperit.

#### De parocho

Huius ecclesiae (*gore iznad retka umetnuto kasnije*: huius ecclesiae obiit) est honorabilis dominus *Georgius Thissich*, contra quem nullam querellam sui paro-

chiani deposuerant, quam quod colericum quandoque esse aiunt; alias in sacramentorum administratione diligentem fatentur neque suspicionem aliquam, cum glotem aliquosque consanguineos perpetuo habeat. Denuntiationes solet obseruare (opera nam ita exercent diebus festis in 2-da uisitatione intellexi).

### De parochianis

Haec parochia est tota catholica; *scholae magister* non habetur, *cuius domum campanator* habet in fundo ecclesiae; attamen populun iste interdum diebus festiuis contra inhibitionem parochi et minas grauissimas opera seruilia clam quandoque exercet. (Vjerojatno je ovdje trebala doći opaska koju je vizitator upisao gore u zagradi na kraju odsjeka: De parocho!)

### De aedituius

Aediuti huius ecclesiae sunt Georgius Kalinouecz, Blasius Gorian, iurati et examinati fatentur se habere, licet non ex prouentibus ecclesiae, cum nulli sint, industria tamen propria ac labore uini urnarum 50, pecuniam nullam habent, quae etiamsi aliqua fuisse, in fabricam ecclesiae, maxime in porticum muratam exposuere et campanam, item *pro domo parochiali nouiter exstruenda*. Campanator est memoratae ecclesiae Joannes Zelenchich, (et) Paulus Cuculen, sunt tamen ad fidelitatem ecclesiae praestandam a me adiurati una cum dictis aedituis.

### De sacra supellectile

Supellex sacra in sacrario<sup>9</sup> non adeo decenter asseruatur uel ob infirmitatem parochi aut negligentia. Calices 4, 3 consecrati, ex his unus argenteus inauratus et duo infra nodum cuprei inaurati, 4-tus totus inauratus non consecratus, patenae 3; crux argentea inaurata aliquantulum, pallae 6, corporalia 7, unum pictum auro, quod procurauit parochus; casulae 3 antiquiores, 2 nouae bonae procuratae per dictum parochum, purificatoria 4, uela calicum simplicia retiata 4, turcica 4, unum urticeum, 3 acupicta; albae 3, cinguli 2, stolae 4, manipuli 4, manutergia 24, mappae 16, 2 longiores, uela longa acupicta 3, strophiola 4 parua, crassiora 6, candelabra 4, substratoria turcica 2, item mantilia uaria 23; ferrum pro pinsendis hostiis 1, pyxis stanea pro sacri liquoribus 1; *Missale Zagrabicense* cum suo pulpito; candelabra dependentia 2, crucis cum uexillis llineis 3 coloratis, item unum vexillo sericeo pictum, portatile 1, tintinnabula 3, ampullae staneae 2, antependium coreatium 1, mappae lineae coloratae 4, manutergia rustica uaria 32, uelum super maiori altari 1. Agenda Strigoniensis.

### De bonis externis et prouentibus

*Domus parochialis* bona et decens cum tecto stramineo, curia, stabulo etc. in ipso fundo ecclesiae et in oppido fundata; parochus huius ecclesiae habet inquilinos

---

<sup>9</sup>Usp. bilj. 5 i 7.

7, quorum singuli singulos in septimana tenentur dare laboratorem unum, arare non tenentur. Tenentur autem vehere ligna, fenum, frumentum etc. Habet item extra oppidum hortum bonum, terrae jugera 30 diuersis in locis, faenilia 2, ad falcatores 8, aliud uero ad falcatores 4, vineam in promontorio Borsancz ad fossores 30; saponum<sup>10</sup> metretas circiter 100, a sessione integra tritici metretas 2, uel millii aut speltae metretas 4. In do-(nema dalje teksta?)

### LIBERA REGIA CIUITAS VARASDINENSIS – de ecclesia.

*Ecclesiam s. Nicolai fundatam Varasdini visituai in absentia parochi 9. Martii, quam reperi sartam et tegulis tectam, cuius alae<sup>12</sup> habent tectum ex asseribus, turrim etiam habet excelsam, in qua sunt campanae 3 consecratae, cum horologiis duobus, coemeterium septum muro benedictum, ecclesia etiam ipsa est consecrata. Haec ecclesia habet ianuas 3 cum bonis seraturis et est ornata sedilibus et habet fornicem bonum per totum, pavimentum lateribus stratum; altaria habet 8 cum tabulis bonis et mensis integris aequae consecratis, uariis imaginibus ornata, antipendiis, mappis, mantilibus, strophiolis pulchre decenterque tecta. Venerabilis Eucharistia in ciborio ad murum decenter asseruatur, substrata strophiolis et corporali, pro ianua habet cratem ferream et bonam clausuram, ante ianuam habet uela sericea. Ecclesiae fenestrae sunt cancellatae et uitreae. Sacrarium reperi etiam in bono statu et simul sueselectilem sacram, habetur fornix et pavimentum lateribus stratum, fenestra uitrea cum cancellis ferreis, in sacrario altare unum non consecratum, duo armaria antiqua, cistae 3 antiquae; in choro ecclesiae est pulpitus unus, Graduale et Antiphonale unum, candelabra in funiculis dependentia 7, duo nouiter procura-ta. Cathedra lapidea, caereus Paschalis, baptisterium decens cum sua seratura, pyxis stannea 1, argentea pro sacris liquoribus, cruces linei 3 cum suis uelis, aqua lustralis in cauatis lapidibus tribus in locis, confessionale habetur.*

### De supellectile sacra

In sacrario sunt casulae bonae et antiquiores 30, stolae nouem, manipuli 21, pluuialia 4, albae 12, epitogia 3 bona, humeralia 14, dalmaticae bonae 2, cinguli 5, calices argentei inaurati consecrati 7, patenae 6, pallae 6, purificatoria 10, uela calicum uaria 29, corporalia 10, antipendia 8, 2 noua, item nouum album unum, bursae 4, mappae diuersae 28, mautergia uaria 66, pepla muliebria 11. Missalia Romana 2, Zagrabiensia etiam 2, unum deperditum, ampullae argenteae decem, uitreae 2, thuribulum cum navicula argenteum, reliquiaria argentea inaurata 7, cruces argenteae 2, quarum 1 inaurata, tapetes antiqui et semilaceri 6, cruces cum vexillis sericeis 2, quorum unum est coreatium, uelum longum unum, item uela

<sup>10</sup>Govor je o luknu koje je župnik ubirao od župljana.

<sup>11</sup>Učitelja župne škole nema, premda postoji kuća za njega.

<sup>12</sup>Čini se da je crkva sv. Nikole imala tri lađe s povišenom srednjom lađom, na kojoj je i krov bio viši nego na pokrajnjim lađama. – Istoči se da Varaždin ima stalnu isповједаonicu. – Imao je i sedam relikvijara, kojih ne nalazimo u drugim crkvama arhiđakonata.

turcica 4 pro monstrantia; candelabra aerea 18, strophiola tenuia pulchra, acupicta centum quatuordecim, ciborum 1 argenteum inauratum, monstrantia magna argentea inaurata habens in medio crystallum; tintinabula 15, portatile 1 et illud fractum. Agendarium Strigoniense; ferrea 2 pro pinsendis hostiis.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia haec nullos prouentus habet pro usu suo, nisi *fenile* unicum ad plastra 3 et vinicola ad fossores 6, dicta vioriola (!) (vinicola) *colata magistro nobili pro rectoratu ecclesiae cantus*.<sup>13</sup> Parochialis domus est bona, murata et decens cum tecto bono, fundata in ipso coemeterio, iuxta quam est domus scholae, penes hanc est *domus alia* itidem ex materia lignea cum fundamento lapideo, bona, *quam prebendarius non inhabitat*.<sup>14</sup> Parochus habet colonos 15, qui tenentur a festo s. Martini usque ad festum s. Joannis Baptistae singulum laboratorem, ab hoc festo usque ad festum s. Martini 2 praestare laboratores, aratrum pro nunc nullum habetur, in fossis ciuitatis siue moenii sunt 10, quorum singuli praestant 24 laboratores per annum. In Millich konecz 9 sunt, quorum singuli etiam 6 per annum laboratores praestant, pro tlaka reliqua per annum pendunt denarios 80, item habet censem a macellis flor. 6; item praebendam tenet vocatam s. Stephani Seormoni (Stormoni?) colonos 9, qui praestant laborem uti et priores, item habet vineas 2 ad fossores centum viginti (tres) 3, fenilia 3 ad plastra 10, terrarum jugera 23, saponum ex Zrasincz(!) et Zuibouecz choros 10, alii parochiani, utpote ciues, singuli singulos grossos pendunt. Stolae parochialis cedunt parocho partes 2, 3 praebendario, pro sepulturis ordinarie habet parochus denarios 12, praebendarius 6, dictus director similiter 6.<sup>15</sup>

Praebendarius Varasdinensis intitulator s. Viti in suburbio habet colonos 19, quorum singuli per annum praestant domino suo laboratores 24, item habet censuale 3, quorum 2 pro tlaka pendunt per annum denarios 32, tertius florenum 1 denarios 60, omnes praescripti coloni tenentur dare singuli ad festum s. Georgii denarios 80, ad festum s. Martini similiter, item ad festum Nativitatis Christi singuli unum plastrum lignorum et 1 caponem; item terrarum jugera 60 in antiquo registro reperio et ex relatione nonnullorum, quamuis prebendarius nunc existens (habet) 36, uiginti 4 pro pascuatione communi conuersa; uineas duas habet.

### De parocho

Parochus huius ecclesiae est honorabilis dominus Joannes Santak, ob absentiam illius nullum examen fuit, cum primo migrauerit ex Miho(u)lanie.

<sup>13</sup>Učitelj je zapravo voditelj pjevanja i orguljaš, ako je znao svirati. Tek u trećem redu bio je pravi učitelj, ako su mu se javili daci koje je onda poučavao.

<sup>14</sup>Župni dvor zidan je tik do groblja (gdje se i danas nalazi). Odmah uza nj bila je škola i još dalje prema istoku drvena kuća na kamenom temelju za prebendara, koji se još nije uselio.

<sup>15</sup>Od štolarine 2/3 idu župniku, 1/3 prebendaru, dok za sprovod župnik prima 12 denara, prebendar 6, učitelj isto tako 6. Prebendar Sv. Vida ima svoju takšu i prihode, kako se vidi iz daljnog teksta.

## **De praebendario**

*Praebendarius huius ecclesiae* est honorabilis dominus Petrus Ballich, ad hanc praebendam dicti s. Viti ex parochia Biskupecz migravit, contra quem parochiani querellam deposuerunt ob inuentarium ablatum, laudatur tamen in administratione sacramentorum, maxime in absentia parochi temporis diuturnioris. Vtitur Breuiario Zagabiensi.

## **De hospitali<sup>16</sup>**

*Hospitale* est fundatum in ipsa ciuitate et habet colonos 14, quorum alii per annum laboratores praestant 10, alii 20, pro qualitate aut quantitate terrarum plus uel minus, vineam habet ad fossores 25, terrae jugera 7, cuius praefectus ciuitati dati rationem.

## **De aedituis**

*Aeditui ecclesiae* sunt circumspecti Martinus Zentgeör(g)y, Laurentius Ladi-skouich, ciues liberae regiae ciuitatis Varasdinensis qui ipsi ciuitati de anno in annum dant rationem et ut mederi possit huic rationi excipiendae, humillime suppli- cat parochus, ut sciente et coram illo neque absque illo possit excipi; ratio est quia neque archidiaconus rationem exigere potest a predictis aedituis, quantum ecclesia haberet in prouentibus.

## **De abalienatione**

Ferunt comunititer aliquas terras ecclesiae possidere ipsos ciues, quas ipse judex ad intercessionem meam, si comprobari poterunt fuisse ecclesiae, spopondit restituere illos.

## **De parochianis**

Populus istius parochiae est catholicus, excepta haeretica, quae nisi ad terminum praefixum conuersa fuerit, per ipsos aedituos expelletur, item populus iste frequens est in ecclesia et ciuitatenses maxime in dictos singulos ad ecclesiam ad Sacrum audiendum confluunt frequenterque confitentur; item denuntiationes fiunt (in) Ecclesia.

Macella penes coemiterium, quae intrantibus ecclesiam magno hactenus erant impedimento, ad admonitionem et intercessionem meam, judex promisit in locum alium transferenda. In hac ecclesia pulsatur mane, meridie et uesperi ad salutacionem angelicam. Supellex libraria uix aliqua, inuentarium uix etiam aliquot, licet fuissent scutellae staneae, deperditae sunt, per pie memoriae defunctum Piskon.

---

<sup>16</sup>U arhiđakonatu jedino Varaždin ima *hospital* ili gostinjac, ali pod gradskom upravom.

## Capella in arce Varasdinensi.<sup>17</sup>

Hanc capellam reperio non consecratam in antiquo regesto, quae post utrum consecrata in absentia provisoris scire haud potui; altare pulchrum intus, mensa lapidea et est ornata decenter antipendio, mantilibus, stropholis etc. Super portatile celebratur; habet calicem argenteum inauratum cum attinentiis, casulam item (cum) attinentiis, tintinabulum unum, ampullas staneas 2, candelabra lignea 2.

## Capella S. VITI in suburbio Varasdinensi.

Haec capella est in *materia lignea luto compacta* et tecta asseribus, in campanili habet campanam, caemiterium septum. Capella habet ianuam cum seratura bona, fenestras uitreas, *tabulatum ligneum*. Habet altare non consecratum, sicut nec ipsa capella est consecrata; altare est ornatum decenter et habet portatile fractum, antipendia 2, casulam unam cum attinentiis, manutergia 29, lebetem 1, uela calicum 2 retiata, 1 turcicum, strophiola 14, candelabra ferrea 5, Crucifixum 1 ad parietem, uelum rubrum pictum, reliquiarium 1, armare nouum, scrinium pariter 1. item antipendium 3-tium coriaceum, item casula 1 rubra cum stola et manipulo.

## De aedituis

*Aedituus* huius capellae est Petrus Guraich (Đuraić!), qui terrarum dictae capellae 3 jugera habet ex censu Georgius (*dalje prekriženo:*) Gasparich fertur habere 2 jugera ab annis 15 etiam ex censu, qui ad soluendum nullatenus cogi potest, reliquas terras dominus Ballich praebendarius terrarum jugera 3 1/2 (?) excusat absque omni censu et seruitio); item dicta capella habet fenile unum, quod violenta manu aeditui maioris ecclesiae possident; item dictus Ballich vineas 2 eiusdem capellae habet. Calix in maiori ecclesia conseruabatur una cum alba. Aeditui nulla ratione possunt habere.

## Capella S. MICHAELIS in coemiterio Varasdinensi<sup>18</sup>

Bene tecta, non consecrata, intus altare sine imaginibus non consecratum, simplici mappa tectum, pavimentum ex asseribus, sub quo fossa plena ossibus; tabulatum uile, ianuam fortem, fenestras uitreas habet. Haec capella est conseruatorium sutorum. Huius capellae exstat uinea, quam sutores tenent. Cives nonnulli indicant sepulturam aliquam ex fossa illa posse formari destructis parietibus cum licentia Reuerendissimae dominationis Vestrae.

---

<sup>17</sup>Ovdje se ne navodi naslovnik gradske (tvrdavne) kapele. Kasnije doznajemo da joj je naslovnik sv. Lovro.

<sup>18</sup>Ova kapela više ne postoji.

## Capella S. S. TRINITATIS in suburbio<sup>19</sup>

*Ex lignea materia* bene sarta et bene tecta, habet campanile cum una campana cosecrata cum atrio, intus altera, nouum paumentum lateribus stratum, ipsa capella consecrata cum atrio, intus altare non consecratum cum tabula pulchre depicta, est bene ornatum antipendio, mantibus, strophiolis etc. Sacrarium nullum est, fenestrae 3 uitreae cancellatae, ianua bene obserata; coemiterium foris septum, in quo atrium occlusum cum 2 altaribus non consecratis. Haec altaria habent mensas integras et tabulas pictas; pulsatur ad Aue Maria. Capella haec habet 1 jugerum terrae.

### De sacra supellectile

Antipendia 3, unum coreatium pictum, 2 lanea, substratorium pulchrum album, mappae 7, mantilia 30, uela calicum 4, tela longa pro altari 2, strophiola varia 21, casulae 2, manipuli 2. stolae 2, alba 1, humerale 1, cingulus 1, ampullae 2 argenteae, tintinabula 4, imagines maiores 2, minores B. Virginis et Christi 2, aliae minores 8, candelabra 6 colorata lignea, 2 non colorata lignea; lebes pro lustrali aqua 1, duae particulae a casulis manserunt sericeae. Calix 1 inauratus cum patena et aliis attinentiis, cista bona magna, item cruculae 2 paruae habentur, praeterea imago parua caerea occlusa uitro.

## Capella S. MICHAELIS ARCHANGELI in Szrachincz

Haec capella murata est, habet *campanile muratum* cum campaula consecrata, neque prouentum ullum habet, sed communitas quibus potest iuvat. Habet haec capella casulam 1 cum attinentiis, Missalia 2, tintinabula 2, mantilia bombicea et rusticana 23, substratorium 1, antependium 1, candelabra 2, pulsatur ad Aue Maria; item unum ligneum inauratum(?), calix 1 cum attinentiis, lebes pro aqua lustrali, coemiterium bene septum, crucula parua cum uello.

## Capella S. S. TRINITATIS in Szuiboucz<sup>20</sup>

Haec capella est bene sarta et tecta, in sanctuario habet fornicem, altare non consecratum, ast bene ornatum antipendio, mantibus, strophiolis et tabula depicta; habet altare mensam lapideam integrum, ianuam fortem cum bona serarura, ante ianuam porticus lignea, supra porticum in campanili campanulam consecratam; in capella paumentum lateribus stratum. Pulsatur ad Aue Maria.

---

<sup>19</sup>Možda je ova kapela predana kapucinima kad su došli u Varaždin te je postala njihova samostanska crkva s istim naslovom.

<sup>20</sup>Iz kasnijih podataka doznajemo da je ova kapela bila grobljanska kapela uz veliku kapelu sv. Benedikta; poslije je zapuštena i nestala.

## De sacra supellectile

Antependium creaceum pictum unum, crux una cuprea inaurata, candelabra 2 aenaeae, item alia candelabra 2 lignea caeris obuoluta, item 1 candelabrum ligneum magnum caereis similiter obuolutum, cruces 2 cum vexillis ligneae pictae, imagines 7 in tabulis ligneis inclusae, uelum 1 longum turicum, item aliud uelum lineum, substratoria 3 acupicta pulchra, item mantilia quaedam turcica, quaedam acupicta 12, mappae 4, ampullae stannea 2, tintinabulum 1.

## Ecclesia S. BENEDICTI in Szuibouecz

Hanc ecclesiam consecrauit reuerendissimus dominus pie memoriae Petrus Domitrouich, episcopus Zagrabiensis, quae bene sarta et bene tecta est, habet coemeterium amplum ac bene septum, *fornicem in sanctuario et in corpore tabulatum ligneum*, campanile ligneum cum una campana consecrata, foris porticum cum duobus altaribus non consecratis, pavimentum lateribus stratum, fenestras uitreas cum cratibus et retibus ferreis, ianuas 2 fortes cum bonis seraturis; item habet altaria 3 consecrata mensis integri lapideis, bene ornata tabulis depictis erectis, antupendiis, mantilibus et strophiolis etc., item chorum ligneum, Crucifixum in medio ecclesiae ligneum cum uelo simplici, *candelabra in hastilibus caereis obuoluta* 8, alia 2 in funiculis dependentia, aerea minora 6. lignea 4, lebetem etiam unum pro aqua lustrali, pulpitud 1; imagines uarias tabulis inclusis 16, item 2 alios maiores tabulis inclusas, canones 3 similiter inclusos, cruces 4 cum suis vexillis et minores itidem cum vexillis sericeis; *sacrarium* item cum ianua et altari lapideo non consecrato, adhuc 2 imagines maiores utraque B. Virginis et Crucifixum unum. Haec ecclesia ex eleemosynis restauratur et est miraculosa dominicis nouilunii, item aerarium habet lapideum in coemiterio occlusum sera.

## De sacra supellectile

Antipendia huius ecclesiae sunt 7, 3 coreatia, unum sericeum rubrum, alter sericeum album, 2 turcica lanea, uela sericea et urticea ac retiata pro ornamento altarium et imaginum 20, item uela retiata pro calicibus 14, alia sericea et turcica 17. Calices 4 argentei inaurati, consecrati cum omnibus attinentiis 5, profanatus cupreus, palae 5, bursae 3, corporalia 8, crux 1 aerea inaurata parua, item crux in altar argentea ab illustrissimo domino Banffy donata, Missalia 2, Romanum alter, alter Zagrabiense, portatilia hinc 2 fuerunt, unum tamen uenditum est (*dodano sa strane*: in Szrachincz habetur quoque(?) Missale 1), casulae 15 pulchrae et bonae, stolae 14, manipuli 12, albae 11, humeralia 7, cinguli 5; item uela retiata et linea 7, mantilia oblonga quaedam sericea, quaedam turcica, quaedam syndonea acupicta 17, manutergia rustica 42, mappae 26, epitogium 1; pyxis laminea pro asseruanda eleemosyna, altera similiter laminea pro hostiis, tintinabula 5, ampullae

stanneae 9, 2 argenteae, quod est quartum par, quintum uitreum. Item Agnus Dei paruus uitro inclusus; cathedra nulla neque confessionale habetur. Aeditui quidem sunt, sed rationem exigit ciuitas Varasdinensis inscio parocho.

In eodem coemiterio aduecti sunt lapides pro muniendo coemiterio dictae ecclesiae.

## BISKUPECZ

*Ecclesiam B. Mariae Virginis in caelos Assumptae* in Biskupecz fundatam et consecratam, 11. Martii uisitaui et reperi bene sartam bene tectam; in sanctuario fornicem bonum, in corpore tabulatum ligneum, ianuam fortem cum forti seratura, chorum ligneum super ianuam in ingressu ecclesiae, cathedram similiter ligneam coloratam, paumentum lateribus stratum, sepulchrum cancellatum, coloratum, affabre factum; coemiterium ecclesiae bene septum, in quo porticus cum uno altari, non consecrato. In ecclesia altaria 3 consecrata, in altari maiori mensa integra; quodlibet altare habet tabulam pictam erectam et ornatam antipendiis siue mappis lineis, mantilibus et strophiolis etc. Est in medio ecclesiae Crucifixus ligneus cum uelo lineo, candelabra aerea 4, linea 3, obuoluta caeris 2, cruces cum vexillis sericeis 3, crux item una sine vexillo. Habentur item candelabra in funiculis dependentia linea colorata 8; venerabilem Eucharistiam reperi mundo collocatam *ad murum*, in pixide argentea, substratum strophiolis et corporali et bene obserata, ianua linea et ante ianuam antipendiola, strophiola sericea et desuper uelum turcicum serico intertextum; in ecclesia sacrarium cum fornice et altari mensa quoque, ianua ferrea, etiam cista pro conseruandis rebus ecclesiae. In campanili campana consecrata habetur. Confessionale nullum.

### De sacra supellectile

Mantilia uaria colorata, quaedam linea simplicia 49, mappae 9, in altari maiori uelum syndonium, strophiola uaria pulchra 14, calix 1 consecratus, alter uero non, corporalia 4, uela calicum 8, purificatoria 2, tertium deperditum, uela longa pro ornandis altaribus 11, coronas 3, reliquiarium, Agendarium Strigoniense, canon cum evangelio, pallae 2, antependium ex coreo italicico 1, calix unus consecratus, secundus non consecratus, item 2 patenae, crux 1 ex cupro inaurata, altera non inaurata cuprea, Missale Zagrabicense cum pulpito, Graduale, casulae 4 bonae, 4 antiquae, stolae 3, manipuli 3, albae 2, 1 antiquior, humeralia 3, cinguli 2, pyxis stanea pro sacris liquoribus, ampullae staneae 2, tintinabula 4, portatile 1, pluiale antiquum 1, pyxis argentea 1, aqua baptismalis in lebete, Liber baptizatorum nullus, ferrum habet pro pinsendis hostiis.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia haec vineas 2 habet. *Domus parochialis* est decens, stramina tecta cum horto comodo et ampio. Parochus vineas habet 2 mediocres, in Monte Varas-

din, terrae jugera 9, item 3 jugera in loco nuncupato Kuchan, colonos 3 quorum singuli singulos laboratores praestant, fenilia 2 ad falcatores 9, saponum choros 32. Dominus Petrus Kuskoczi violenta manu jugerum terrae occupauit.

### De parocho

*Parochus* huius ecclesiae est honorabilis dominus *Matthias Koos*, alumnus venerabilis Capituli, utitur Breuiario Romano, diligentia in administratione sacramentorum laudatur, nullum habet apud se, sed uetula quaedam, campanatoris uxor, pro obsonio coquendo uenit aut paratum adfert. Ed denuntiationes obseruat.

### De parochianis

Popula huius parochiae frequens est in ecclesia, uix aliquis haereticus inter illos, homcida nullus, concubinarium quendam referuntur suspicatiue, licet conquerentur parochi contra Koskotios, parochus modernus a patrocinio laudat, conqueritur praeterea contra parochianos esse contumaces in muniendo coemiterio. *Rector scholae nullus* habetur. Pulsatur mane et uesperi ad Aue Maria.

### De aedituis

Aedituus huius ecclesiae est *Matthias Benkouich* et *Andreas Margetich*, dede-  
runt rationem et mansit debitor siue habet exceptis expensis ecclesiae flor. Hung.  
9, in debito uero 9 Imperiales et 2 flor. quos tenentur coloni Jesuitarum ex pio  
legato, item habent vini 20 urnas, exacta ratione dominum Ballich dicti aeditui  
abstulisse 7 urnas vini, aliquot plastra foeni, tintinabulum 1, humerale 1, fimi 7  
currus, adjurati et examinati una cum parocho dicto conquesti sunt contra memo-  
ratum Ballich, quod nempe exciperet confessiones, baptizare etiam, copulare praeterea  
non praemissis denuntiationibus. Ideo esse contumaces parochianos in mu-  
niendo coemiterio. Campanator *Nicolaus Horuatt*.

Inuentarium parochi praeter mensam, lectum, nullum habetur.

### SABNIK de ecclesia<sup>21</sup>

**Ecclesiam s. Batholomei in Sabnik 13. Martii uisitaui, quae sarta et tecta intusque  
uariis imaginibus in parietibus depicta est, foris in campo extra pagum procul exi-  
stит, habet coemiterium fossa septum, habet item ecclesia cum bona seratura, cam-  
panile ligneum cum una campana consecrata. Huius ecclesiae sanctuarium habetur**

<sup>21</sup>Oko crkve sv. Bartola razvilo se naselje Bartolovec i župa se napuštajući pomalo stari naziv Žabnik stala tako nazivati. Naselje Žabnik ostalo je za sebe i izgubilo svoju važnost.

fornicem, corpus autem tabulatu decens, paumentum stratum lateribus. In ecclesia sunt altaria 3, 2 consecrata ut referunt aeditui, in tertio super portatili celebratur; omnia 3 altaria ornata, maius tantum habet tabulam erectam depictam, mensam haec integrum; in medio ecclesiae est Crucifixus ligneus cum uelo lineo. Ante ianuam ecclesiae porticus parua ex asseribus in qua altare nullum. Habetur etiam sacrarium puluerulentum, cum fornice tamen et altari nec ianua cum seratura, ubi sacra supellex non asseruatur propter distantiam ecclesiae; SS. Eucharistia (*sa strane pripisano*: in domo parochi asseruatur in armario ob distantiam loci) habetur. Locus quidem est *in muro*, ianuam habens cancellatam, sed sine seratura; pyxis etiam argentea decens habetur pro Venerabili. In ecclesia reperi candelabra 4 aerea, in fune pendentia 6 linea colorata, item 2 longa obuoluta caereis 3, crucis 3 cum vexillis, crux aerea inaurata, item adhuc 1 crux sine vexillo, pulpiture pro graduale, item aliud pro Missali, cathedram muratam, tintinabula 3, cistam ligneam pro rebus ecclesia conseruandis, chorum ligneum bonum supra portam maiorem. Aquam lustralem in lapide, uelum super tabenaculo 1, item 2 candelabra linea parua, confessionale nullum. Ad Aue Maria uix aliquando aut nunquam ob distantiam ecclesiae pulsatur.

### De sacra supellecile

Supellex sacra asseruarur apud aedituos: casulae 4 cum manipulis antiquis et 3 stolis, epitogia 2, albae 4, humeralia sunt amissa, cingulus 1, calices 2, patenae 2, purificatoria 3, pallae 2, corporalis 4, bursae 2, uela 5, baptismalis aque in tecto uaso conseruatura apud parochum, lebes pro illa habetur, scatula ferrea fuit pro hostiis, sed amissa, ferrum pro pinsendis hostiis habetur, pyxis stannea pro sacri liquoribus, ampullae stanneae 2 cum scutellula, crux aerea inaurata, aqua baptismalis seruatur de facto in amphora, uela 2 pro ornandis altaribus. Liber baptizatorum, agenda Strigoniensis, Missale Zagabiense, manutergia rustica 20, mappae 6, strophiola 6, peplum 1 muliebre.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia ipsa pro usu suo habet jugera circiter 4 ex quibus terris 2 jugera coloni 2 civitatis Varasdinensis violenter occuparunt et excolunt. Parochus uero *domum parochiale* in ipso fundo parochiali *in pago Sabnik* cum tecto stramineo et horto ampio, in quo horreum, coloni parochi sunt 6, una sessio deserta et quamvis in integris sessionibus 2 fuissent, nunc autem nullus, sed in media resident, qui omnes in septimana 1 aratrum praestant et singuli in operibus manualibus praestant in septimana 2 laboratores. Hos dictos colonos in absentia parochi civitas usurpat pro se non autem pro ecclesia, quod est contra Canones. Parochus jugera terrarum habet 12, foenilia 2 ad plaustros 8; saponum metretas centum viginti. Inuentarium extra mensam, lectum nullum habet.

## De parocho

(dva su rukopisa):

Haec ecclesia (*dalje precrzano*: nullum parochum habet propter distantiam uel maxime fugiunt).<sup>22</sup> *Preko toga napisano novim rukopisom*: Ecclesiae huius est honorabilis Stephanus Sekirniak, breuiario utitur Romano, etiam Missali, faeminam suspectam intertenet.

## De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt nobilis dominus Petrus Chipriak, Michael Missak, Gregorius Chessii, colonus civitatis, in Sabnik comorantes excepto dicto Chyperiak, qui manet in Ternouecz, a quibus de anno ad annum civitas Varasdinensis exigit rationem, quod est contra parochi ius eo praestitum habentque aeditui uarii frumenti 40 metretes, in debito metretas 8, item ad exigendum florenos 11.

## De parochianis

Populus huius parochiae est totus catholicus, praeter foeminam 1 haereticam in Thernouecz, cui bis uenia data est a dicto Chyperiak, neque est inter illos homicida, concubinarius.

## Capella in Semouecz

Capella filialis in Semouecz S. Spiritus ex lignea materia constructa cum fundamento lapideo, bene sarta, tecta, in campo extra pagum fundata. Coemiterium habet septum fossato, in quo est locus tertius pro ossibus congregandis et ante ianuam capellae porticum ligneum a fundamento lapideo. H(a)ec capella est sine sacrario, habet tamen ianuam cum bona seratura, pavimentum puluerulentum, tabulatum ligneum; habetur in capella altare unicum non consecratum cum tabula B. Virginis, ornatum imaginibus, mantilibus, stropholis, antipendio etc. Huius altaris est mensa integra, ad latus altaris est armarium, in pariete 2 crucifixi cum uelis lineis, candelabra supra altare aerea 3, lignea 4, 2 maiora lignea, unum in funiculo dependens, aliud obuolutum caeris, cruces 2 ligneras cum uexillis antiquis, in campanili campana consecrata.

## De sacra supellectili

Supellex sacra propter distantiam capellae asseruatur apud aedituum in scrinio, casulae nimirum 4 antiquae, noua rubra 5, ex holoserico, quam parochus praede-

<sup>22</sup>Crkva sv. Bartola bila je od župnog dvora u Žabniku dosta udaljena (foris in campo extra pagum procul), na sasvim suprotnoj strani župe, te je župniku bilo vrlo teško brinuti se za crkvu. Nije čudo da su župnici nastojali što prije napustiti župu.

cessor sub debitum 12. flor. dedit. Stolae 2, manipuli 4, cingulus 1, albae 3 antiquae, humerale 1, epitogium 1 bonum, corporale 1, palla 1, purificatorium 1, uela calicum 5, calix argenteus 1 inauratus, strophiola 4, manutergia uaria 25, mappae 5, crux argentea absque reliquiis, tintinabula 2, Missale Zagrabicense bonum. Pulsat ad Aue Maria.

#### De bonis et prouentibus ecclesiae seu capellae

Capella haec habet terrarum ciciter 33 ex manibus nobilium de Semouecz erepta, a quibus terris egregius Joannes Chakany licet ad manus domini vicearchidiaconi deposuerit in paratis flor. Hungar. 70 per dictum vice archidiaconum tradita summa fuisse Nicolao Tulchich parocho pro tunc existenti abstulit 62 flor. et licet dictus Chakany ad terminum certum praefixum a vicecomite teneretur deponere 50 flor, pecuniam huius capellae necdum depositum.

#### De abalienatione

Refert capellae huius aedituus colonos nobiles nonnullos uiolenter retinere, quos satis praedecessores archidiaconi urserunt et laborarunt eripere e manibus, quorum uix iam mentio.

#### De aedituis

Aedituus huius capellae est Georgius Kouach aliter Kapustich colonus Michae lis Semoczy, a quo exigit rationem communitas, maxime nobiles, habetque 9 imperiales speltae aceruum 1, item siliginis alterum. Vini praeterea 10 urnas, item pignus quodam habet pro 11 flor. a domino Chakanio, item dictus aeditus domini sui pignus habet pro 6 florenis.

### THOPLICZA SEU THERMAE VARASDINENSES

#### De ipsa ecclesia

Hec ecclesia est dedicata *S. Martino* episcopo et confessori, consecrata, bene sarta et tecta, in arce constituta, habet ianuam cum bona seratura, fornicem sanctuarii bonam, corporis tabulatum ligneum nouum, paumentum, choros tres nouos, cathedram cum mappa, fenestras cancellatas et uitreas, foris ad latus campanile ligneum<sup>23</sup> cum campana consecrata, ad latus uero dextrum porticus murata cum altari; in ecclesia sunt altaria 3, maius tantum consecratum, ornarum bene antependio, mantibus, stropholis etc.; 2 minora mediocriter ornata, habent tamen mensas integras; ornata sunt quoque haec altaria imaginibus uariis. Venerabilis Eucharistia asseruatur in ciborio *ad murum*, stropholis et corporali mundo substrata, habet etiam ianuam ferream cancellatam cum seratura. In hac item ecclesia est

<sup>23</sup>Zanimljivo je da crkva ima samo drveni zvonik. Toranj će se kasnije sazidati.

sacrarium cum fornice et ianua habente bonam seraturam, intus altare non consecratum, mappa simplici tecta. In sacrario sacra supellex munde decenterque asseruatur. In hac ecclesia cathedra cum tapete antiquo, confessionale nullum habetur. Ad Aue Maria pulsatur.

### De sacra supellectile

Sunt huius ecclesiae calices 3 argentei inaurati cum suis patenis et aliis attinentiis, *poculum argenteum 1 pro communicantibus*, crux item 1 argentea inaurata, ciborium 1 argenteum inauratum, item aliud argenteum similiter inauratum ad instar scatulae factum cum capsula sericea, corporalia 7, substratorium 1 oblongum turicum serico depictum, uela calicum 12, strophiola acupicta 5, manutergia uaria 27, mappae 9, item uelum 1 sericeum longum aliquantulum retiatum, cinguli 3, epitogia 2 noua, 2 lacera, antipendia rubra ex attalico 3, coreatium 1 coloratum et antiquum; casuale nouae 2 cum attinentiis, item antiquae 3 cum suis similiter attinentiis, albae nouae 3, 4-ta lacera. Missalia Romana 2, Zagrabiene 3-tium, lacrum, pulpita 2, cinguli 3, candelabra aerea 3, stannea 2, tintinabula 4, crucis cum uexillis sericeis 3, item 2 antiquae, Crucifixus antiquus cum uelo lineo in medio ecclesiae, lebes aeneus pro aqua benedicta, item alter cum aqua baptismali, uasculum stanneum sacris cum liquoribus, candelabra 2 caereis obuoluta dependentia, cruculae 2 pro altari, imagines 2 maiores, 3 minores, uasculum pro abluendis ad parietem, scatulae pro conseruandis stropholis 2, cista una, statua Salvatoris una, ferra 2 pro pinsendis hostiis, portatile ampullae stanneae cum palubro 4, lampas antiqua, Sepulchrum cancellatum, coloratum, ligneum pro feria Parasceues; liber baptizatorum habetur.

### De bonis externis et prouentibus

Haec ecclesia pro usu suo nullos habet prouentus, sed venerabile Capitulum Zagrabiene habet curam, unde et ab aedituis dominus Spanus ab anno in annum exigit rationem. *Est domus parochialis* in fundo ecclesiae, habet curiam cum 2 hortis, uineae sunt 2, una maior in promontorio Hraztouecz (*drugom rukom dodano*: aqud qued est torcular solum absque celario), altera minor Bellyuonus nomina-ta (*sljedi precrtano*: apud quem est torcular cum celario). Sunt item 2 praedia a venerabili Capitulo parochiae applicata (Hraztouecz videlicet) manent coloni 9 et inquelinus 1 quilibet in sessione integra, quorum singuli singulos in septimana laboratores praestant, alias obventione Capitulo; alterius praedii terras excolit ipse parochus. Ad haec 3 sunt foenilia ad falcatores 20, nemora palifera 4, montanistae 9 pendentes decimam vini parocho, 3 in promontorio Bolyuanus, 6 uero in Kamena Gorica. Item sunt horti 45, quos oppidani possident et pro qualitate ac quantitate horti dant laboratores, faciunt per annum laboratores centum triginta, quibus hortis etiam terrae sunt applicatae a quibus decimam parocho pendunt. Est item *mola* in fluvio *calido prope balnea*, cuius erigenda, si corruat et reficiente, si quid desit,

praeter solum ferrum, curam habent oppidani. Item cedunt parocho a quinque solummodo pagis et quidem ab iis, qui sessiones tenent saponum metretas 50, ab inquilino autem quandoque capo, interdum unus laborator cedit, item a quolibet oppidano sessionis integrae cedunt parocho denarii 25, qui autem domum habet cum horto denarii 15, qui solam domum denarii 10, ab inquilino autem denarii 10; facit pro nunc flor. hungaricales 30.

### Inuentarium parochi

Vasa vinaria 2 (precrtano: deperdita per dominum parochum Struchich praecessorem unum), dominus Lourenchky modernus parochus habet mensas 3, metretas 4 siliginis, 3 tritici, puluiuinaria 2, orbes ligneos 20, scutelas itidem ligneas 4, una stannea, uasculum 1 pro aceto, cadi 2, cruticula (!) ferrea 1.

### Supellex libraria

Quamuis concionatores et multi alii authores fuisse reperti in antiquo regesto, nunc uero iux aliqui exstant; imprimis Legenda sanctorum habetur, *Breuiarium Zagrabicense*, Directorium antiquum, Landulphus Carthusiensis, Fridericus Nausea De decem praeceptis, Dictionarium, Petri Lombardi Pupilla oculi, Vincentius, Concilium Tridentum, Conciones in Euangelia domini Aegidii Topiarii, Breuiarium Strigoniense, Joannis Hoffmaztri tomus 2-dus.

### De parocho

Parochus huius parochiae est honorabilis dominus *Martinus Lourechky*, olim seminarista, laudatur a diligentia et solertia in administratione sacramentorum. Utitur Brauiario Romano, denuntiationes 3 solet facere, quaerelam nullam ab examinatis parochianis habui.

### De parochianis

Huius parochiae populus est catholicus, frequens in ecclesia nec ullam contra illos depositit querelam. Rector scholae pro nunc non habetur, pulsatur mane et uesperi ad Aue Maria.

### De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt Andreas Koschak, ciuis, Marcus, ciuis, dominus spanus, ut dixi, exigit rationem, prouentus nullos habent, praeter eleemosynam, vini nunc habent 12 urnas, pecuniae flor. 3.

Capella S. SPIRITUS in oppido, iuxta uiam publicam *cum cemiterio* septo, et altari intrinsecus uno (precrtano: tabula) cum imagine erecta et picta, tabulatum nouum, pauimentum (precrtano: stratum lateribus) puluerulentum, ianua bona cum seratura fortis, campanile ligneum cum campana, cum 2 fenestris uitreis, altare or-

natum. Aedituus huius capellae est prouidus Thomas Husz nouiter creatus, eleemosinae 3 fl. in debito, item 3 cubulos vini.

### **Capella S. JACOBI in Jakopecz**

Filialis est haec capella bene sarta et tecta, turrim ligneum habet cum campana, *caemiterium* habet bene septum, consecratum; in ecclesia altare cum mensa integra et consecrata, bene ornata et consecrata, bene ornamentum cum antipendio, mappa et stropholis, pauimentum non stratum neque in sachrestia pauimentum stratum, tabulatum nouum cum choro, ianuam fortem cum seratura, ad latus etiam porta; fenestras 6 apertas, 2 in sechrestia cancellatas, exterius porticum cum mensa lapidea non consecrata. Pulsatur ad Ave Maria.

#### **De supellectile sacra**

Haec capella habet calicem, superius inargenteum, inferius aeneum totum inauratum cum patena et attinentiis, purificatorium 1, corporali 1, palla 1, uela calicum 2 turcica, 2 retiata linea antependium 1 lineum, strophiola pulchra 2, simplicia uero 3, cruces ligneae cum uexillis 2, substratorium acupictum 1, crux argentea inaurata gemmis ornata 1, candelabra linea 4, cista una in qua conseruatur supellex; cathedra lignea, item candelabrum caereis obuolutum 1, 2 in finiculis dependentia, ampullae 2, imagines maiores et minores 6, Crucifixus unus.

#### **De aedituis**

Huius capellae aeditui sunt Joannes Sachich, Gregorius Jaricheuich, coloni illustrissimi domini Bachany, iurati et examinati, excerptis expensis fassi sunt se habere vineam 1 cuius prouentus conuertunt in usum capellae, item flor. Hungaricales 7, denarios 66, item vini urnas 50. Haec capella nulla bona neque prouentus praeter pias eleemosynas habet.

### **Capella TRIUM REGUM sub Thoplica<sup>23a</sup>**

Haec capella nouiter erecta, murata necdum perfecta, 2 portae absque ianuis et seraturis, sarta bene et tecta. Altare intus cum mensa integra ornatum imaginibus; campanile muratum 2 parietibus, campanam (*precrtano*: nulla pro nunc, licet misera iam communitas Germanicos 45 flor. pro illa(?)), calices 2 cum omnibus attinentiis, 3 purificatoria, 3 corporalia, uela calicum uaria ac pulchra 10, ampullae 2 inauratae argenteae, item 2 stanneae; imagines maiores ex charta 4, minores 11, imago in teia picta, pulchra, mappae 9, strophiola rustica 24, uelum turicum 1 longum, cemiterium necdum septum.

<sup>23a</sup>Svibovec, istočno od Varaždinskih Toplica.

## De aedituis

Aeditius huius capellae est prouidus Martinus Jantolek, examinatus fassus est nullos prouentus dictam capellam habere neque bona, praeter 3 jugera terrae ex pio legato, et quamvis eleemosyna pia fuisse erecta et conflueret populus certis temporibus ob miracula dictae capellae, inuidia motus parochus s. Elisabethae in archidiaconum Camarcensem in cathedra ad populum solet blasphemando dicere, tantum iuuare Trium Regum intrare muros, quantum stabulum, acsi inquit noster Praelatus conferre posset indulgentias. Ita conatur piam deuotionem et zelum populi a dicta capella amouere. Unde non parum nonnulli scandalizati sunt, ut refert dictus aeditius.

## S. ELIAS in OBRES

Ecclesiam s. Eliae, in bonis spectabilis a(c) magnifici domini Adami Battiany ad castrum Greben spectans, 17. uisitaui Martii. Ecclesia est consecrata, habetque tectum (*precrtano*: antiquum uile) nouum, caemiterium eius bene septum, in quo una porticus cum mensa non consecrata. Habet item ecclesia haec januas 2, unam cum bona seratura, altera absque seratura, fenestras uitreas, turrim excelsam cum una campana consecrata. Ecclesiae pauimentum (*precrtano*: lateribus stratum) misto lapide aut latere stratum, in sanctuario fornix, in corpore tabulatum ligneum, chorus item et cathedra simplex<sup>24</sup> ornata tapete turcico; altaria ecclesiae 3, an haec altaria sint consecrata dubitatur et super portatile celebratur; omnia 3 altaria habent mensas integras, maius altare commode ornatum mantilibus, mappa 1, antependio lineo, ad latus altaria una alteraue imagine ornata et mantilibus. Venerabilis Eucharistia asseruatur ad murum inuoluta corporali, substrata stropholis estque bene obserata et habet uelum super ianuam. In medio ecclesiae Crucifixus ligneus cum uelo lineo, etiam habet baptisterium in sechristia, aqua lustralis in ligneo uasculo habetur, candelabra aerea 2, linea 2, item alia candelabra in funiculis dependentia 6, item alia caereis obuoluta 2; cruces cum uexillis 4 ex quibus unum sericeum, porticus adhuc una ante ecclesiam absque altari, in ecclesia sacrarium humidum cum forti janua et bona seratura (*druga ruka*: deposita), in sacrario unum altare et fenestra unica cum cancellis ferreis, sicut et ipsa ecclesia, supellex sacra decenter seruatur, confessionale nullum, armarium nouum pictum.

## De sacra supellecstile

Calix 1, cuius olla cuppa argentea et patena, totus inauratus cum patena, palla 1, purificatoria 4, corporalia 2, uela calicum 4, casulae bonae et malae 8 et decima noua adita, stolae 3, manipuli 4, albae 4, humeralia 2, cinguli 2. Missale Romanum et Zagrabience cum pulpito cooperto, manutergia uarii generis 38, uela retiata 2, tertium longum rubrum sericeum, mappae 9, antependium coriaceum 1, mappae coloratae loco antependiorum 2, strophiola acu elaborata 11, 5 rustica; pyxis lami-

<sup>24</sup>Godine 1649. propovjedaonica je drvena!

nea pro sacris liquoribus, epitogia simplicia 2, ampullae stanneae 2, tintinabula 3, unum substratorium, crux una sine vexillo, item alia paruula argentea; Liber baptizatorum nullus. Agenda Strigoniensia amissa. In sacrario aseruantur *sclopeta* 10 (uulgo szacalos denominata), tympanum item et uexillum militare reperi in antiquo regesto, quod est amissum, siue longo usu consumptum; ferrum pro pinsendis hostiis habetur, item 4 strophiola pro abstergendis manibus.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia ipsa pro usu suo habuit vineam ad fossores 12, quae per priores aedictuos ob negligentiam deperdita est, praeterea parochus autem habet *bonam domum* et bene tectam cum hortis et horreo nouo, colonos habet 10, qui una hebdomada unum, altera 2 laboratores praestant, aratra 2 habet, terrae jugera 6, foenilia 3 ad pluistros 6, vineam ad fossores 40, saponum metretas centum tiginta frumenti omni generis, piscinam unam, montanistas aliquot.

### De parocho

Huius ecclesiae parochus est honorabilis dominus Mihael Senkouich, de diligentia circa sacra et administratione sacramentorum laudatur, uerumtamen in collera et rixis quandoque excedit. Ideoque iudico minari saepius illi necem et insidiari a colonis propriis, ut ipse refert. Utitur Breuiario Romano. Denuntiationes obseruat.

### De parochianis

Huius parochiae populus est catholicus et frequens (*druga ruka*: rarus) in ecclesia, confitetur ad Pascha, licet non omnes proprio,<sup>24a</sup> concubinarius est quidam inobediens. Parochiani nonnulli una cum subditis ecclesiae bis *inuaserant domum parochi ad extinguendum illum*, ita ut haeretici scandalizati fuerint die festo aliunde uenientes, persecutiones saepius patitur, ut referunt vicini et ipse parochus.

### De aedituis

Aeditui huius ecclesiae Paulus Sasko, dominae Battianae colonus, Blasius Rak aliter Kraniecz, generosi domini Voikouich colonus, nullam rationem a multis annis, ut refert parochus dederunt, nunc uero parocho et vicearchidiacono dabunt. Vini habent urnas 75 industria tamen illorum aliquantum et ex pia eleemosyna, praeter nihil.

### De abalienatione

Olim Jacobus Isak, colonus arcis Greben, nullo haerede relicto, vineam suam testamentaria dispositione ecclesiae isti legauerat, quam aeditus ecclesiae etiam jure obtinuerat, prouisor tamen arcis Greben eam violenter occupauit et de facto

<sup>24a</sup>Ne ispovijedaju se svi vlastitim župniku!

obtinet, praetendendo ideo non potuisse praefatum colonum eam ecclesiae legasse, quia colono demortuo sine haerede uniuersa ad dominum terrestrem condescenderent.

### Ecclesia OMNIUM SANCTORUM in Beletincz

Haec ecclesia spectat *ad S. Eliam*, est bene sarta et bene tecta, caemiterium male septum. Ecclesia habet in sanctuario fornicem, corpus tabulatum ligneum, in medio Crucifixum ligneum cum uelo lineo, chorum etiam ligneum, fenestras 2 uitreas, unam apertam, campanam consecratam in campanili reperi, item inueni altaria 3 non consecrata et mediocriter ornata quibusdam mappis (antipendium) coriacum (*precrtano*: pictum tabulam), alter cum mappis, tertium siue maius perbelle ornatum, tabula pulchra, antipendio, mantilibus etc. Omnia 3 habent mensas integras; in hac ecclesia sunt candelabra 3 lignea, cruces cum vexillis 2, item aliae 2 crucis absque vexillis, candelabrum ligneum dependens unum, ampullae terreae, item in ecclesia est sacrarium cum fornice et altari lapideo cum ianua et bona seratura, pauimentum puluerulentum sicut et ipsa ecclesia; ecclesia autem est propinanata. Pulsatur ad Aue Maria.

### De sacra supellectile

Casulae 2 cum stolis et manipulis, una sericea, altera simplex, calix argenteus inauratus cum patena et attimentiis, Missale Strigoniense, tintinabulum 1, mappae 4, mantilia diuersa 26, antipendia 2, strophiola 3, item unum substratorium pulchrum, praeterea 2 uela longa.

### De abalienatione

Hanc ecclesiam *dicunt fuisse olim parochiale* habuisseque domum parochiale una cum colonis, quam sub poena ammissionis capitum non ausi sunt monstrare et quamuis olim mentio aliqua fuisse dictae domus, nunc uero negant se scire aut audiuisse parochiale domum fuisse.

### De aedituis

Aeditui ecclesiae seu capellae huius sunt Martinus Posauecz, libertinus domini Battiany, Marti(nus) Maurich data ratione exstat (*sve dalje precrtano*: vini urnarum 65 et pecuniae paratae habentur flor. 16 Hung.).

### Capella S. MICHAELIS in Chressniouecz

Haec capella spectat *ad S. Eliam*, est bene sarta et tecta, caemiterium septum bene. Ecclesia habet fornicem, portam cum seratura bona, fenestram unam apertam, pauimentum puluerulentum, altare 1 cum portatili. Capella non est benedicta, campanile cum campana non benedicta, Missale 1, ampullae stanneae 2, tintinabu-

lum 1, casula una cum omnibus attinentiis, item calix 1 cum suis attinentiis, candelabra 2 lignea, 1 dependens in funiculo, strophiola 4, manutergia 15, mappae 6, uelum 1 lineum longum, crux 1 absque uexillo, tapes 1. Supellex ecclesiae apud aedituos conseruatur. Item antependium lineum unum.

#### De aedituis

Aeditui huius capellae sunt Georgius Potochky, colonus domini Stephani Kys, Gregorius Berlekouich, colonus generosi domini Voikouich, nulli rationem dede-  
runt, posthoc communitati, parocho daturi sunt. Vini habent 36 urnas, item aureos  
habent 5, quos inuenient in fodiendo fundamento pro sanctuario, alias nullos  
proutentus haec capella habet.

#### De abalienatione

Terras circumstantes huius capellae ferunt nonnulli 1 1/2 jugerum fuisse, sy-  
luam unam adiacentem, item paruum foenile ad falcatores 3, quae bona dictus Kys  
colonis suis tanquam dominus bonorum contulit refertur. Nunc uero eius relictam ea  
bona (Stephani Kys) possidet refertur tanquam bona auitica.

### BELA

*Ecclesia haec s. Margarethae sub castro Bela, in bonis generosorum dominorum Petheö, visitata est 19. Martii. Coemiterium bene septum (precrtano: in duobus tamen locis ob vehementiam ventis), in quo porticus noua cum altari, turris murata cum campana benedicta, habet ianuam cum seratura, 3 altaria, mihi consecratum, ad latus uero nullum consecratum, bene tecta, mappis, strophiolis 20, pavimentum lateribus stratum, tabulatum bonum ligneum pictum insuper, quae omnia restaurata per bonum Patrem modernum Parochum; Crucifixus non habetur in medietate, ad altare maius, sed in choro ligneo, in sanctuario fornicem mediocrem. Item est cathedra lignea, item candelabra aerea 2 habet in funiculis dependentia, 2 lignea. Cruces paruae ligneae 4, baptisterium in aenneo uasculo et lapide cauato, lebes pro aqua benedicta aenneus. Huius ecclesiae sacrarium nullum est, nullum confes-  
sionale, thuribulum 1, pulsatur ad Aue Maria.*

#### De sacra supellectile

Supellex sacra huius ecclesiae mundo, decenter, si unquam seruabatur, nunc asseruatur. Casulae 10, manipuli 3, alba 1 noua, stolae 3, humeralia 3, cinguli (2)  
1, calix restauratur non consecratus, item calix unus argenteus inauratus consecra-  
tus cum attinentiis, uela calicum pulchra 7, crux una lignea inaurata, monstrantia  
aerea inaurata, crucis 3 cum uexillis laneis, antependium coreatium unum, crux  
una argentea, altera aerea fracta, mantilia 30, mappae 9, strophiola acupicta 7,  
*tabernaculum* pro Venerabili cum seratura bona et corporali decenter strato, item  
purificatorio sunt 5, bursae 2, tintinabula 2 parua, 3-tius maius, substratoria 3,  
Missale Zagabiense, vasculum pro sacri liquoribus habetur et ferrum pro pinsendis  
hostiis.

## De parocho

Parochus huius ecclesiae et honorabilis dominus Frater Simeon Apolonus, Ordinis minorum conventionalium s. Francisci. Inuenio in antiquo regesto parochianos, archidiacono pro tunc domino Jambrieuich bona aliqua ecclesiae e Patronis distracta, retulisse. Ideoque nullatenus parochum habere potuerunt, quod ipsum dicto Fratri exposui, fassus est nulla se scire bona ecclesiae abalienata cum aedituis. Errare dicit parochus s. Viti, quod absque licentia illius copulauerit 3 non praemissionis denuntiationibus et excepereit confessiones, baptizauit pari ratione. Dictus Frater laudatur a sedulitate, restauratione ecclesiae, pietate, administratione sacramentorum et sobrietate.

## De bonis externis et prouentibus

*Domus parochialis* est in fundo parochiali ad ripam Bednye, quamuis tota olim ruinosa fuisse, nunc per Fratrem modernum labore et sudore nouiter restaurata, cum horto praeterea. Item vineam habet ad fossores 6, per admonitiones crebras dicti Fratris restituit colonus generosi domini Petheö vineam quandam ecclesiae, quae a multis annis abalienata fuerat, unde dictus colonus de facto tenetur 7 urnas vini una vase. Parochus habet terrae jugera 6, foenile ad plaustra 15, item huius ecclesiae sunt 3 coloni. Saponum habet parochus et quidem tritici metretas 40.

## De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt Nicolaus Biskup, colonus generosi domini Nicolai Petheö, Martinus Koren, colonus generosi domini Gabrielis Petheö, quia nouiter creati uix aliquid pre manibus habuerunt, cum ecclesia nullos prouentus habet, antecessores uero parocho rationem dederunt.

## De parochianis

Parochiani huius ecclesiae sunt omnes catholici, licet olim dixerim fuerint syuestres, nunc attamen frequentes in ecclesia, confitentur frequenter, 2 aut 3 siue plures aliquot annis non fuerunt confessi, currenti tamen anno ad ponitentiam uenerunt.

## Capella S. LAURENTII<sup>25</sup>

Haec capella filialis huius ecclesiae est, bene sarta et tecta, ex muro compacta. Caemiterium bene septum et benedictum. Sanctuarium huius capellae habet forniciem, corpus tabulatum ligneum pictum, chorum ligneum antiquum, turrim muratam excelsam cum campana consecrata; altare unum cum antependio coreatio bene

<sup>25</sup>Kapela u Lovrečanu bila je sagrađena na vlažnu tlu, te je od prevelike vlage propala. Drugu su kapelu sazidali nedaleko, na brežuljku u Radovanu.

ornatum, non consecratum, candelabra 2 lignea; ad latus 2 mensae, una cum tabula, altera cum imagine, candelabra dependentia lignea 2 colorata, candelabrum ligneum caereis obuolutum, cruces 3 cum uexillis; ianuas 2, una cum seratura forti, item crucem unam absque uexillo, fenestras 6 uitreas, 1 aperta, pulpitum unum, raro aut nunquam pulsatur ad Aue Maria.

### De sacra supellectile

Casula una, albae 3, cinguli 2, stola cum manipulo, humeralia 2, calix unus consecratus inauratus, qui apud S. Margaretham conseruatur; item corporale 1 cum uelo retiato, crux aerea inaurata, lebes 1 pro lustrali aqua, ampullae 2, imagines 2, item statue 2, Missale unum Zagrabijense, manutergia simplicia 9, mappae 8, strophiola 3, crucifixus unus, tintinabula 2.

### De aedituis

Aeditui huius capellae sunt Michael Dolouszky, colonus generosi domini Gabrielis Petheö, Benedictus Skleuachky, colonus relictæ Petheö Ladislai, contumax et inobedines communitati ac parocho neque officio suo satisfacit. Haec capella nullos prouentus habet et quamvis dicti aeditui aliquid habuissent ex pia eleemosyna, omnia tamen in restaurationem ecclesiae conuerterunt.

## IUANCZ

Ecclesiam *b. Mariae Magdalena* consecratam, fundatam in Iuancz, in bonis dominorum Petheö 21. Martii visitaui, quam reperi benesartam et bene tectam, turrim eminentem pulchre depictam, tegulis tectam, intus campanam unam consecratam. Habet haec ecclesia *fornicem per totum bonum*, pavimentum stratum lateribus, campanam alteram consecratam, altaria 3 cum tabulis pulchre depictis et mensis integris, pulchre ornata, antipendiis, mantilibus, strophiolis et uelis pulchris, omnia 3 consecrata per piae memoriae reuerendissimum Petrum Domitrouich, episcopum Zagrabijensem; fenestras uitreas cancellatas, chorum ligneum, cathe dram tectam mappa colorata; caemiterium male septum, Crucifixum in medio ecclesiae cum uelo acupicto, item alios paruos crucifixos 2, quorum unus deauratus est, imagines inclusas in tabulis ligneis 8, cruces cum vexillis laneis coloratis 5, candelabra in funiculis dependentia 5, item unum oblongum obuolutum caeris, crucem 1 sine vexillo, candelabra minora lignea 7, ianuas 2, unam cum bona seratura, cistas 2, unam minorem pro uelis, alteram pro casulis conseruandis. Venerabilis Eucharistia asseruatur munde in calice substrata corporali i tabernaculo *ad murum*,<sup>26</sup> item substrata uelis sericeis pulchris, super quo tabernaculo est imago Salvatoris (*među retke pribilježeno*: 1640 iam non est – *drugom rukom!*). In hac ecclesia nec sacrarium, nec confessionale habetur. Aqua baptismalis in uasculo testatio, aquaque lustralis in lapide.

<sup>26</sup>Godine 1649. nema više svetohraništa uz zid (ad murum), nego se nalazi na glavnom oltaru (160/I).

## De sacra supellectile

Sacra supellex est reperta munde asseruari. Casulae 11, stolae 7, albae 3, humeralia 3, cinguli 2, calices 3 omnes consecrati cum omnibus attinentiis absque tamen corporali, quorum 2 sunt, pallae 6, uela calicum pulchra 5, pyxis argentea pro venerabili Eucharistia deportanda ad infirmos, scatula una lignea pro hostiis, pyxis cuprea pro sacris liquoribus cum uelo nigro, antipendia 3, 2 coreatia puta, unum tamen lacerum, 3-tium ex attalico, strophiola acupicta 6, 19 filiis aureis et sericeis elaborata, per depredecessorem desperdita, similiter mantilia syndonia 3, 2 acupicta, simplicia manutergia rustica habet 10, mappas 2, uela magno pro altari ornamento altaria 5, crux argentea parua, uelum 1 retiatum magnum, substratorium item unum, monstrantia una argentea inaurata, bursae corporales 2, cistula 1 pro ornamento altaris in qua ponitur Corpus Christi in die Parasceues, item uelum 1 sericeum uiride, item aliud serico et auro textum, item substratorium 1 syndonicum, tintinabula 4, ampullae uitreae 2, epitogium uile (*poslje ispravljeno: bonum*), uela ex tela nigra ad tegenda altaria in quadragesima 3, ciborium stanneum cum suo uelo, ferrum pro pinsendis hostiis.

## De bonis externis et prouentibus

Ecclesia haec nullos prouentus habet pro usu suo, sed a Patronis restauratur. *Domus parochialis* in fundo ecclesiae uilis, fere deserta cum horto, quae restaurabitur per reuerendum dominum Paulum Kramarich cum horto et quibusdam in curia domunculis, habet parochus colonos 2, 3 in fundo ecclesiae, 3 uero Patroni acceperunt, quos olim boni equidem Patroni ecclesiae donauerint, pro quibus sat strenue reverendus dominus Paulus Kramarich loci eiusdem laborabit. Praedicti coloni ecclesiae in septimana singuli 2 laboratores praestant, sed nullum habent aratum, terrae jugera singuli habent 4. Ecclesia siue parochus foenile 2 habet ad plausta 12, vineam fere desertam, saponum metretas tritici 80 (*dalje precrtano: item in ipsa curia est domus pro schola, cuius rector pro nunc non habetur.*

## De parocho

Parochus huius ecclesiae est honorabilis dominus Paulus Kramarich, confirmatus a reuerendissimo domino domino Benedicto Vynkouich, episcopo ecclesiae Zagrabiensis et ab omnibus laudatur tam in pietate, quam in sacramentis administrandis. Utitur Romano breuiario et Missali, denuntiationes facit. Librum baptizatorum habet.

## De parochianis

Huius parochiae populus est catholicus, frequens in ecclesia etiam ad confitendum. Nec inueniuntur notorii malefactores.

## Inuentarium parochi

Licet fuerit olim tum in libris tum in suppellectile, nunc uero prorsus per decessores deperditum.

## De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt Nicolaus Gechek, cui associabitur per praefatum Paulum Kramarich unus aut alter; excepta ratione a praedicto aedituo extra omnes expensas in usum ecclesiae fassus est se habere fl. Hung. 27. Item vini cubulos 15; pulsatur ad salutationem Angelicam.

## Quaerellae parochianorum contra reuerendum dominum Martinum Derkich

Primo, quod contentiosus fuerit. 2-do ebriosus. 3-tio diuagatur nimium a paroia potitando. 4-to quod ecclesiae particulum aliquam sericiem albam conuertisset i pileum pueri cuiusdam. 5-to quod vineamcolonicalem in fundo ecclesiae existentem (uenia data colono e propria auctoritate dictae ecclesie) abalienauit nempe tradendo alteri rustico, quam radicitus eradicauit.

## Capella in castello Iuancz

Capella s. Joannis Baptistae in castello Iuancz filialis (*precrtano*: non uidetur) est consecrata; supra quam est domus generosi Nicolai<sup>27</sup> (*ime kasnije precrtano*) Petheö bene tecta; in ea altaria 3, maius tamen consecratum; (*između redaka umetnuto*: Sigismundi supra altare, supra ipsam dominae Ladi(s)laianae) quod habet antependium coreacium uile; haec omnia tria altaria mensas non habent integras, sed lateribus strata, mappis tecta. Maius altare habet tabulam erectam cum statua (*drugom rukom*: Virginum?) uelumque magnum super tabulam lineum, alia duo absque antipendiis; Crucifixus in medio capelae cum uelo lineo; cathedra nulla, pauimentum lateribu stratum, candelabra caereis obuoluta 2, unum dependes in funiculo; in ingressu capellae chorus ligneus, in sanctuario fornix, in corpore tabulatum, intus sacrarium cum fornice et altare non consecratum stratum lateribus. Tam capella quam sacrarium habent bonas ianuas, in sacrario Crux quaedam, cedula nulla, reliqua omnia haec capella participat ab ecclesia maiori.

## Capella Sancti Spiritus<sup>28</sup>

Capella S. Spiritus in monte Dubouecz vocari *necdum perfecta*, sine coemiterio; in ea altare cum imaginibus in tabulis ligneis inclusis 3, candelabra lignea obuo-

<sup>27</sup>Očito je da kapela sv. Ivana Krstitelja nije stajala sama za sebe u dvorištu, nego je bila u sklopu kaštela, jer su nad njom bili stanovi, najprije Nikole Pettheöa, a nakon njega Sigmundov i udovice Ladislava!

<sup>28</sup>O kapeli Sv. Duha vidi više: A. HORVAT, *Između gotike i baroka*, str. 289, 389, 390–391, 406.

luta cereis 6, minora lignea 7. Crux argentea superne, cuprea inferne, tota deaurata, strophiola et substratoria acu picta, quaedam retiata 30, manutergia 64 cum mappis, antipendia 3, unum coriacem pictum, duo ex tela colorata, est sedia lignea, casula una auro et serico intertexta cum attinentiis, altera oppignorata; uela calicum 4, retiata 2, acu picta 2; tunica, calices 2, uterque consecratus, cruces cum vexillis sericeis 3; haec capella ex eleemosyna aedificatur, tabulata et absque paumento.

### De aedituis

Aeditui huius capellae sunt prouidus Lucas Hariach, colonus generosi domini Sigismundi Petheö, Antonius Ranich, colonus generosi domini Gabrielis Petheö, cum quibus rationem feci examinando ad conscientias illorum, extra omnes expensas in usum capellae dictae, in parata pecunia fassi sunt se habere 51 fl., in debitis habere 33. Item uini piae manibus urnas 22.

### VIDOUCZ

Ecclesiam s. Viti martyris fundatam *in Vidoucz* in campo Varasdinensi 15. Martii visitaui, dubitatur num consecrata esset haec ecclesia, bene tamen sa(r)ta et tecta, portas seu ianuas habet 2 fortes unacum seratura, turrim etiam habet eminentem cum campana consecrata, paumentum lateribus stratum (*precrtano*: ruinous tamen), *fornicem lapideum per totum*, dealbatum, chorum lapideum simile dealbatum, fenestras uitreas 4 sine cratibus aut cancellis, in choro 3 paruas, in quarum unus est crates. Coemiterium bene septum; in ecclesia altaria 3 noua, ad latus non consecrata, tecta antipendiis, mantilibus, strophiolis 20. Locus pro asseruanda venerabili Eucharistia (*precrtano*: *ad parietem* absque seratura cum lignea porta)<sup>29</sup> *in altari* seruaturque in pyxide argentea substrata strophiolis et corporali. In ecclesia item sunt candelabra aenea 2 et lignea 3, item lignea pendentia in funiculis 4, quintum consumptum uermibus et uetustate, candelabrum obuolutum cereis unum. Aqua baptismalis seruatur in lebete aeneo pure; sacri liquores in pyxide stannea; habentur item cruces cum uexillis laneis 4, una sine uexillo; cathedra cum conopeo. Item antiqua quaedam tabula, quae olim erat altaris maioris, sed ad capellam Ss. Trinitatis aplicata est. Item pulpitum pro cantu, Crucifixus in medio ecclesiae cum uelo, pulpitum coopertum cum Missali, aqua lustralis in lebete aeneo, porticus una ante fortes ecclesiae noua, imagines in tabulis ligneis inclusae quinque, quinque aliae consumptae vetustate, sine tabulis duae. Item canum(!) 1 euangelium Joannis similiter in tabula, tintinabula 3, portatile 1, tapes antiquus unus rubeus, sacrarium item habetur lateribus stratum cum fornice dealbato ac

<sup>29</sup> Euharistija se 1638. čuvala u svetohraništu "ad murum", ali nešto kasnije pripremljeno je svetohranište na glavnom oltaru. Tih godina počeli su se i u drugim crkvama tabernakuli (svetohraništa) napuštati u zidu ili uz zid, i prema odredbama Tridentskog sabora novi su se gradili na glavnom oltaru.

<sup>29a</sup> U opisu crkve nije spomenut nadgrobni spomenik Ivana Pettheöa († 1616), koji je još i danas na svom mjestu u južnom zidu lijevo od južnih ulaznih vrata.

ianua forti cum bona seratura et mensa lapidea, fenestra uitrea de foris retiata. In hac ecclesia pulsatur ad salutationem angelicam et denuntiationes fiunt, sed confessionale nullum habetur.

### De sacra suppellectile

Suppellex sacra munde in sacrario asseruatur, interdum exsiccatum propter nimiam humiditatem ecclesiae et sacrari. Habetur igitur pyxis argentea cum bursa sericea alba in qua defacto Eucharistia asseruatur. Ciborium unum argenteum et Graduale antiquum unum, Missalia 2 Zagrabiensis, epitogia tria, ast unum crassum, ampullae argenteae aliquantulum inauratae 2, duae uero stanneae et una uitrea. Calices argentei inaurati 3 consecrati, quartus prophanatus, patenae argenteae inauratae 5, corporalia pulchra 13, bursae sericeae antiquae pro corporalibus 2, purificatoria bona 11, pallae 8, uela pulchra sericea et reciata calicum 8; crucis argenteae aliquantulum inauratae 2, casulae sericeae benedictae 10, quatuor nigrae etiam benedictae, ex his omnibus 3 sine stolis et manipulis, cinguli 4, albae 8 consecratae(!), nona noua non consecrata, humeralia 5, pepla rusticana muliebria ex sindone 6, mappae 9, antependia 7, strophiola acu picta 9, latum uelum acu pictum unum, manutergia latiora 4, longiora item 4, rustica 27, mappae 9, antependia 8 uaria, crucis cum uexillis 5, turibulum aeneum 1, ferrum unum pro pinsendis hostiis. Angendae(?) duae.

### De bonis externis et prouentibus

Ecclesia haec pro usu suo nullos prouentus habet, sed e contributione communitatis et eleemosinarum restauratur. Parochus huius ecclesiae *domum* habet decentem et honestam cum horreo, horto et arreis(!). Inqlinorum habet nouem quorum singuli singulos laboratores in septimana praestant, fenilia tria ad plaustra circiter 25, terrarum jugera diuersis in locis 14, vineam ad fossores 35. Saponum metretas circiter 150. *Rector scholae non habetur.*

### De parocho

Parochus huius ecclesiae est reuerendus dominus Petrus Czuetkouich, caelibem vitam duxit, res ecclesiasticas in bono et condecenti statu tenet neque contra illum nulla acceditur quaerela, in Sacro tamen solet interdum in caeremoniis errare, Romano Breuiario utitur.

### De parochianis

Haec parochia est tota catholica, nec ullus in ea fertur esse publicus malefactor aut concubinarius etc. Populus non frequens est in ecclesia, et anno in annum confitetur.

## De aedituis

Aeditui huius ecclesiae sunt Joannes Kouach, colonus domini Bachani et Andreas Textor, colonus domini Fodroczy, mihi dederunt rationem et praeter expensas in ecclesiam frumenti fassi sunt se habere quatuordecim metretas, vini etiam vrnas 37. Inuentarium nullum habetur praeter unam mensam.

Campanator huius ecclesiae est Martinus Matthenich.

Capellam SANCTI STEPHANI prothomartyris *in curia generosi domini Voikouich* eodem die ac supra uisitaui, quae dicitur consecrata esse a piae memoriae defuncto reuerendissimo domino Petro Domitrouich, reperi cum altare sat decenter ornatam etc. Haec capella habet fornicem et pauimentum lateribus stratum, ianuam cum seratura, calicem argenteum inauratum consecratum cum attinentiis, casulas duas benedictas similiter cum attinentiis, antependium unum, imagines aliquot pulch(r)as inclusas in tabulis ligneis etc.

## Nedelyancz

*Capella Ss. Trinitatis* fundata in Nedelyancz in campo Varasdinensi ac bonis castri Greben, bene sartam et tectam, habet campanile ligneum cum campana consecrata; haec capella immunde conseruatur ob nimiam negligentiam campanatoris. Altare cum mensa habent bene ornatum, non tamen consecratum, tabulatum per totam capellam, casulam nuam cum attinentiis, candelabra duo lignea in funiculis pendentia, item alia minora duo tintinabula unum affixum parieti, mappas quinque, mantilis septem, syndonea acupicta duo; coemiterium foris mediocriter septum. Caetera participat haec capella ab ecclesia sancti Viti in sacramentis.

## VINNICZA

Ecclesiam sancti Marci in Vinnicza fundatam extra oppidum<sup>30</sup> decima octaua Martii visitaui, quam reperi bene tectam, in sanctuario tegulis tectam, in corpore uero asseribus, coemiterium eius muro septum. Haec ecclesia habet januas duas bonas cum seraturis, in sanctuario fornicem, in corpore tabulatum uario colore pictum. Item ad parietem sinistram habet alam a Nicolao quondam Istuanfy extructam cum fornice. Item habet altaria quatuor consecrata, tria nouiter erecta cum mensis decenter ornatis nam et ipsa ecclesia consecrata est cum coemiterio, cathedram lapideam, Crucifixum in medio ecclésiae cum uelo. Venerabilis Eucharistia asseruatur decenter *in tabernaculo* ligneo colorato existente in ara maiori substrata corporali et bene obserata, pauimentum ecclesiae stratum lateribus, fenestrae vitreæ cum reticulis ferreis, chorus unus lapideus, alter ligneus, baptisterium in olla aenea occlusa, lebes aeneus pro aqua lustrali, candelabra aenea septem, lignea

<sup>30</sup>Vinička crkva građena je nekako na razmeđu između trgovišta Marčan i same Vinice. Usp. A. HORVAT, *nav. dj.*, str. 115, 143.

